



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De simplicitate eiusdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideo solus Deus, ut ait Apostolus, habet immortalitatem, qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conversione mutari, nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Proinde, ut ait Augustinus in 1. l. de Trin. Substantiam Dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientem, & sine vilo suo temporali motu temporalia createm, intueri & nosse, licet sit difficile, oportet. Vere ergo ac proprie incommutabilis est sola diuinitatis essentia, quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

Hic de simplicitate.

Quare creatura sit multiplex & non simplex.

Cap. 6.

Hic de corporali ostenditur quare sit multiplex

EADEMOQUE sola proprie ac vere simplex est, ubi nec partium, nec accidentium, nec quarumlibet formarum ulla est diuersitas, siue variatio vel multitudo. Ut autem scias quomodo simplex sit illa substantia, te docet Augustinus in vi. l. de Trin. Animaduerte primo, quare omnis creatura sit multiplex, & nullo modo vere simplex & primum de corporali, postea de spirituali creatura. Corporalis utique creatura ex partibus constat, ita ut sit ibi aliqua pars minor, alia maior, & maior sit totum quam quælibet pars & in vnoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud est figura. Potest enim immutata magnitudine manere idem color: & eadem figura: & colore mutato manere eadem figura, & eadem magnitudo, ac per hoc multiplex esse convincitur natura corporis: simplex autem nullo modo.

Hic de spirituali creatura ostendit quomodo sit multiplex, & non simplex.

Ex eodem lib. 6. c. 1. eo de continuo.

CREATURA quoque spiritualis: ut est anima in comparatione quidem corporis est simplex sine comparatione vero corporis est multiplex & non simplex, quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, qui mole non diffunditur per spatium loci, sed in vnoquoque corpore & in tota anima est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideo cum sit aliquid in quauis

ext-